

Judex non potest gratificari omnibus.
 Judicis semper est verum sequi.
 Jucunda, & suavis est præteritorum malorum memoria.
 Ira, & vini amor sunt omnibus perniciosi.
 Judicium non ex pulchritudine, sed ex moribus facias.
 Inter fratres substantia major, majoris est causa discordiæ.
 Juramentum qui à malo viro postulat, insanit.
 Irus & est subito, qui modò Cresus erat.
 Irascens peccatis misericors est.
 Justitia, & virtus omnium est regina virtutum.
 In verbis amanda sunt vera, non verba.
 Interrogare multa non est scire.
 Juventus per se ipsam ad ruinam proclivis est.
 Juventus otiosa omni bestia immanior.

L

Labor assiduus hominibus sapientiam dedit.
 Labor omnia vincit.
 Labor corrigit malos mores.
 Labore miles proficit, otio consenescit.
 Latroni, & insidiatori nex injusta non potest afferri.
 Lacrymæ infantium testes sunt nostræ miseræ.
 Laus in ore proprio vilescit.
 Laudes humanæ apparent, & evanescent.
 Laudare se, vani est, vituperare stulti.
 Laudare præsentem, adulatoris est.
 Lætitiæ quæ habent, extra nos sunt.
 Leges silent inter arma.
 Lex omnium artium ipsa veritas.
 Lex imitatio est veritatis.
 Leges conscientiam punire non possunt.
 Leges in plebem vim habent, in potentes mutæ.
 Leve est onus beneficii gratia.
 Lectio tunc utilis, cum facimus ea, quæ legimus.
 Legendi semper occasio est, audiendi non semper.
 Libros paucos legere utilius, quam multos habere.
 Liber est, quem conscientia non accusat.
 Libertas ubi non est, nec meritum.
 Lingua errans interdum vera dicit.
 Lingua mali pars pessima servi.

Libenter credunt homines id, quod volunt.
 Lingua non discrepat à mente.
 Lingua eadem optima est, & pessima.
 Linguam compescere virtus non minima est.
 Lingua detractiora vipera est.
 Lis est cum forma magna pudicitia.
 Liberi intra fores increpandi sunt.
 Litteræ sunt hominis pulcherrimæ divitiæ.
 Loca non viros honoratos, sed viri loca faciunt.
 Loqui ignorabit, qui tacere nescit.
 Loquentibus pauca, paucis legibus opus est.
 Longos dies animo superbi sibi proponunt.
 Longa non est oratio, quæ ordinata est.

M

Magna illecebra est peccandi, impunitatis spes.
 Magna est res scire vivere, major scire mori.
 Mala consilia pares eventus sequuntur.
 Mala mens, malus animus.
 Malè parta, malè dilabuntur.
 Mala radices altius arbor agit.
 Malus, quod est malum, non putat esse malum.
 Malos qui percutit, non est crudelis, sed Dei minister.
 Malum ex nobis facimus, bonum ex solo Deo.
 Malorum esca voluptas.
 Mali semper timidi.
 Malum est facile, bonum difficile.
 Majus ab exequiis nomen in ora venit.
 Major quippe venit comitata labore voluptas.
 Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
 Marcet sine adversario virtus.
 Medicus garrulus ægrotanti secundus morbus est.
 Mediocritate seclusa, ubique malum.
 Medius locus semper tutus.
 Meliora sunt, perfecta à natura, quam ab arte.
 Memoria improborum acer; ac contra bonorum.
 Mendacem citius capies, quam poplite tardum.
 Mendax ab hoste non differt.
 Mendax non est, qui falsum dicit, putans se dicere verum.
 Mentienti non est habenda fides.

Mentiri nullo modo licet, verum licet occultare aliquando.
 Mente nihil dedit Deus homini divinius.
 Mente rectè uti non possumus, potione completi, & cibo.
 Mille modis læti miseros mors una fatigat.
 Minus sui compos est ira, quàm ebrietas.
 Miseris parva est fides.
 Miserrima est fortuna, quæ inimico caret.
 Misericordia, quæ fit de exiguo, Deo placet.
 Mors à malis abducit nos, non à bonis.
 Mobilis, & varia fermè est natura malorum.
 Moerores hominibus pariunt morbos.
 Mortem cogita, ut mortem numquam timeas.
 Mortem optare malum, timere pejus.
 Mori timet, qui post mortem vivere non sperat.
 Mors radicem ex peccato habet.
 Mortuus est, qui Deo non vivit.
 Mulier à muliere parum distat.
 Mulieri bona nil potentius.
 Multitudo sociorum criminis impunitatem non facit.
 Mundus hic non corpore, sed corde fugiendus.
 Mundus hic vera carcer est.
 Multorum medicorum visitatio, ægrotum sæpe perdit.
 Multi famam, conscientiam pauci verentur.
 Multitudo Imperatorum Cariam perdidit.
 Multa egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt.
 Multa naturaliter fiunt, quorum ratio nos latet.
 Mutare præterita nemo potest.
 Multum legendum, sed non multa.
 Munera placant homines.
 Munera, quæ dantur, quocumque tempore prosunt.

N

Naturæ sequitur semina quisque suæ.
 Natura ipsa instar legis est.
 Natura propter finem agit.
 Naturam expellas furca, tamen ipsa recurret.
 Natura omnia molesta fugit.
 Natura omnes homines æquales genuit.
 Navita de ventis, de tauris narrat arator.
 Ne facias tegenda, vel solus facias.

Ne-

Neglecta solent incendia sumere vires.
 Nemo desperet fieri posse, quæ facta sunt.
 Nemo est, qui miseris invidiat.
 Nescit vox missa reverti.
 Nihil est malum, nisi quod turpe, aut vitiosum est.
 Nihil est simul & inventum, & perfectum.
 Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius.
 Nihil difficilius, quàm differre gaudia.
 Nihil facit servus, si multi domini imperent.
 Nihil potestas regum valeret, nisi prius valeret auctoritas.
 Nihil prodest, quod non lædere possit idem.
 Nihil infelicius eo, cui nihil evenit adversi.
 Nihil semper floret, ætas succedit ætati.
 Nihil sentire est melius, quàm prava sentire.
 Nihil tam in nostra potestate, quam ipsa voluntas.
 Nimium altercando veritas amittitur.
 Nobilitas est virtus, & divitiæ antiquæ.
 Nobilis equus umbra virgæ regitur.
 Nocentes ultrò poena sequitur.
 Nocet empta dolore voluptas.
 Noctu consilium à sapientibus arrogatur.
 Nocens est, qui innocenti nocet, aut nocenti parcit.
 Non domus dominum, sed domum dominus exornat.
 Nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris.
 Non est sapientis dicere, non putabam.
 Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri.
 Non timentur, quæ ex usu sunt.
 Noctem non tenebræ, sed lucis discessus facit.
 Non disputatio veritate, sed veritas disputatione requiritur.
 Non benè pro toto libertas venditur auro.
 At benè pro solo venditur illa Deo.
 Non mirantur artifices, qui non intelligunt artes.
 Non opus est celeri subdere calcar equo.
 Novum factum novum consilium expetit.
 Nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.
 Nullius ope putat se indigere, qui suam alteri negat.
 Nullius poni possessio jucunda est sine socio.
 Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.
 Nullam est majus, quàm inobedienciæ, malum.

Nul-

Nullum malum debet per obedientiam fieri.
 Nullus cibus animæ suavior, quàm cognitio veritatis.
 Nullus locus est domestica sede jucundior.
 Nullus stultus est beatus, & sapiens non beatus.
 Nullus amico, sed amicitia caret.
 Nullus amor est medicabilis herbis.
 Nummus vincit, nummus regnat.
 Nullus ad amissas ibit amicus opes.
 Nullum tempus intempestivum est ad animæ sanitatem.
 Nulla ars absque magistro discitur.
 Nulla res magis prodest, quàm cogitatio mortis.
 Nunquam est sera conversio.
 Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis dicitur.
 Nunquam expletur cupiditatis sitis.

O

Obstinati in suo sensu pessimi.
 Oculi sunt fenestræ animæ, & morum indices.
 Oculus impudicus, impudici cordis est nuntius.
 Oculo vitiatò, & pravo mala sunt, etiam quæ optima.
 Oculus, se non videns, aliena cernit.
 Occultum non est, quod conscientia teste committitur.
 Odiis multorum nullæ opes sufficere possunt.
 Odium proximi impedit orationis fructus.
 Omnia aliena sunt, tempus autem nostrum est.
 Omne ordinatum pulchrum.
 Omnes homines in Christo unus sunt homo.
 Omne quod corrumpitur, à contrario corrumpitur.
 Omnis jactatio sui vitiosa est.
 Omnia post obitum fingit majora vetustas.
 Omnis magnitudo in solo Christo est.
 Omnis virtus in actione consistit.
 Omne vitium contra naturam pugnat.
 Omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas mihi est.
 Omnibus credere, & nulli, in vitium utrumque est.
 Omnis virtus unita plus est, quàm multiplicata.
 Omnia pars à Deo est.
 Omnia, quæ secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis.
 Omnium malorum stultitia est mater.
 Omnes stulti insaniunt.

Om-

Omnia sunt incerta, cum à jure discessus est.
 Omnia abeunt, unde orta sunt.
 Omnis est misera servitus.
 Omnia ei adsunt bona, penes quem est virtus.
 Omnis spes in virtute ponenda.
 Omnia divitiis parent.
 Omnia vincit amor.
 Omnes insanimus, cum irascimur.
 Omnis natura, in quantum natura, est bona.
 Opposita juxta se, magis clarescunt, posita.
 Operamur tantò attentius, quanto difficilius.
 Optima quæque manibus rapiuntur avaris.
 Oportet esse ut vivas, non vivere ut edas.
 Opinio infinitos perdit.
 Os sanctum eloquia sancta promit.
 Otium omnia mala adolescentes docet.
 Otium stultitiam, labor scientiam generat.
 Oderunt peccare mali formidine poenæ.
 Oderunt peccare boni virtutis amore.
 Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosos.

P

Par in parem non habet imperium.
 Panem, & aquam natura desiderat: ad hæc nemo pauper est.
 Paupertas amissa plus dolenda, quàm opulentia perdita.
 Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti.
 Paupertas non reputatur virtus, sed paupertatis amor.
 Patria est, ubicumque benè est.
 Parva lucra solent efferre majora detrimenta.
 Pares cum paribus facillimè congregantur.
 Pauper ubique jacet.
 Patris ignominia, filiorum est turpido.
 Pax est tranquilla libertas, & optima rerum.
 Pax omnis à Deo est.
 Pecunia pariter amicos, & honorem invenit.
 Peccati dolor, & maximus, & æternus est.
 Peccatum subditi, culpa pastoris, si tacuerit, reputatur.
 Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.
 Periculum ex aliis facito.
 Per labores virtus incedit.

Ti

Pe-

Pelle moras, brevis est magni fortuna favoris.
 Periculis offerre, temeritas est.
 Pertinacia ex superbia oritur.
 Peregrina in terris virtus, in Coelis civis.
 Philosophia mater est benefactorum, beneque dictorum.
 Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.
 Placatur donis Jupiter ipse datis.
 Plerique dignitatem ambiunt, laborem pauci.
 Pluit vitium, ubi pluit aurum.
 Plus apud nos ratio valeat, quàm opinio vulgi.
 Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
 Plurimus auro venit honos.
 Potior est honor sine vita, quàm vita sine honore.
 Plus mali in metuendo est, quàm in eo quod timetur.
 Præstat aliis, quàm sibi divitem esse.
 Præmia nobis posita sunt post laborem.
 Præmium virtutis est ipse Deus.
 Præesse, & non prodesse, grave; nolle prodesse gravius.
 Præterita reprehendi possunt, corrigi non possunt.
 Præterita non præterisse, impossibile est.
 Præsidii ad vivendum in virtutis satis est.
 Princeps dicitur, quasi primus capiens.
 Principis est virtus maxima nosse suos.
 Princeps, qui vult omnia scire, necesse est multa ignoscat.
 Principes non sunt, qui sceptrum ferunt, sed qui regere sciunt.
 Principium quantitate est minimum, potestate maximum.
 Principium dimidium operis est.
 Principii nulla est origo, ex principio oriuntur omnia.
 Principiis cognitis, facilius extrema intelliguntur.
 Prodesse studeat, qui prodesse cupit.
 Propera, nec te venturas differ in horas.
 Proditio amatur, sed proditor non laudatur.
 Probatio amoris exhibitio est operis.
 Prospera temperantur adversis.
 Pudicitia violata non obest, nisi animus consentit.
 Pudicitia comes verecundia est.
 Pueris pulchra nomina imponenda sunt.
 Puerorum ore nonnumquam Deus loquitur.
 Pulchra res est consummare vitam ante mortem.

Punctum est, quod vivimus, & adhuc puncto minus.
 Pulvis, & umbra sumus.

Q

Quædam delectant nova, quæ postea similiter non faciunt.
 Qualia dixeris, talia audies.
 Qualis vir, talis oratio.
 Quàm procul est oculus, tam procul ibit amor.
 Quam quisque norit artem, in hac se exercent.
 Quæstionis nulla necessitas, ubi fides est.
 Quæstionibus verborum immorari turpe est.
 Quem quisque metuit, odit; quem odit, perisse cupit.
 Quem prospera non corrumpunt, adversa non dejiciunt.
 Quæ minimè sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.
 Qui aliàs deliquit, delinquentibus facilè parcat.
 Quidquid pudet dicere, pudeat & cogitare.
 Quidquid delirant Reges, plèctuntur Achivi.
 Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames?
 Quid deceat numquam prospicit ullus amor.
 Qui in officio sunt, tamdiu honorantur quandiu præsent.
 Qui servit alteri, non est per se sufficiens.
 Qui virtutes sine humilitate congregat, quasi in ventum pulverem portat.
 Quisquis sine ratione facultates possidet, non diù possidet.
 Qui malevolo sunt animo, deteriores fiunt rogati.
 Qui verè amat, præter unum amare non potest.
 Qui suis contentus est, is verè ditissimus.
 Qui injuriam faciunt, infeliciores sunt, quàm qui patiuntur.
 Qui fratri providet, se ipsum curat.
 Qui inutilis est omnibus, sibi utilis esse non potest.
 Qui invidet, minor est.
 Quod benè dicitur, repetere non nocet.
 Quod inter principium, & finem clauditur, breve est.
 Quod est modicum, citò digeritur.
 Quodlibet, non omne licet, nec quod licet, statim expediet.
 Quod consuetum est, velut innatum est.
 Quod multum est, numquam satis, quod satis, numquam arum.
 Quod nimium est, ubique vitiosum est.
 Quod optimum inter homines est, libertas est.

Quod semel præterivit, reprimi non potest.
 Quod naturæ satis est, homini non est satis.
 Quod satis est, cui contigit, nihil amplius optet.
 Quod prudentis opus? Cùm possit, nolle nocere.
 Quod stulti opus? Non posse, & velle nocere.
 Quod vetat bene vivere, non vetat bene mori.
 Quò se fortuna vertit, eò se favor hominum inclinat.
 Quod per se rectum, & utile est, non indiget probatione.
 Quod vitiosè multi faciunt, consuetudinis vim obtinere non potest.

Quod semel est imbuta, recens servavit odorem testa diu.
 Quot hominès, tot sententiæ.

R

Raris lapsibus danda est venia.
 Ratio contra vim parum valet.
 Ratio in consulendo, plurimùm valere debet.
 Ratio naturalis sufficit pro lege.
 Ratione cessante, auctoritati standum est.
 Rationis officium est, omnia jucunda reddere.
 Ratione præstamus belluis.
 Ratione quod caret, ars non est.
 Ratione vivendum est, non affectu.
 Recens dolor præteritum revocat.
 Rectè fieri dicitur, quod à recta ratione proficiscitur.
 Rectè scit dicere, qui scit ordinatè tacere.
 Rebus maximis difficultatem ipsa natura proposuit.
 Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.
 Regis ad exemplum totus componitur orbis.
 Rem alienam suo periculo curare stultitia est.
 Remedium injuriarum oblivio est.
 Res humanæ contemnendæ sunt.
 Res optimæ amicos parant, adversæ probant.
 Res magna non statim bona, sed bona statim est magna.
 Res dubia hominem negligentem facit.
 Respice quid moneant leges, quid Curia mandet.
 Ridiculum est, cùm sua quis ignoret, aliena curare.
 Risus in Ecclesia diaboli opus.

Sapiens nullus; sed stultus sæculo fiat.

Laus

et

Sa-

Sapiens nusquam minùs solus, quàm cùm solus.
 Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur.
 Sat habet fautorum semper qui recta facit.
 Saturitas fons morborum est.
 Sat celeriter fit, quidquid satis bene fit.
 Saxo longa senectæ nocet.
 Seditiois mater multitudo populi est.
 Scire Latinè tam præclarum non est, quàm turpe non scire.
 Sera nimis vita est crastina, vive hodie.
 Semper avarus eget.
 Semel emissum volat irrevocabile verbum.
 Sermone eo uti debemus, qui notus nobis est.
 Sermonis vitium in lingua est, facti verò in animo.
 Serviet æternum, qui parvo nesciat uti.
 Seni verba dare, difficile est.
 Senectus, & orbitas licentiam præstant.
 Senectus ipsa est morbus insanabilis.
 Senectus, & pulchritudo corporis in uno habitare non possunt.
 Sera consolatione nihil potest esse frigidius.
 Severitas, quasi sæva veritas dicitur.
 Servum nolle mentiri, nova religio est.
 Servus fidelis absentia domini probatur.
 Sensus magis attendendus, quàm verba.
 Sensus omnes falli possunt.
 Sensus diversi in corpore, in animo iidem.
 Sensus in brutis melior est, quàm in hominibus.
 Sicut nemo cognovit initium, sic nec exitum.
 Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.
 Si desit hostis, & pugna, victoria nulla est.
 Signum scientis est posse docere.
 Similis simili semper hæret.
 Simulare virtutem facile, habere difficile.
 Si naturam sequamur ducem, numquam aberrabimus.
 Si dos præmia non invitant, poenæ terreant.
 Silentio stultitiam tegere, est pars aliqua sapientiæ.
 Sine Cerere, & Baccho friget Venus.
 Scire omnia, est nihil scire.
 Sit erranti medicina confessio.
 Si vis esse bonus, primùm crede, quod malus sis.

Tt 3

Si

Si virtus per se æstimatur, vitæ magister est optimus.
 Sine verecundia nihil potest esse rectum, nihil honestum.
 Si fueris Romæ, Romano vivito more.
 Si juxta claudum habites, subclaudicare dices.
 Sitis consuetudine vinci potest.
 Sole splendidior veritas.
 Sola spes in miseris hominibus est solatium.
 Solus est, qui sine amico est.
 Solus justus liber est.
 Solutio dubitationis est inventio veritatis.
 Somnus est imago mortis.
 Suo quisque studio maximè ducitur.
 Spe otii sustentatur labor.
 Spes miserorum Deus est.
 Spes sine fide firmitatem non habet.
 Stulto intelligens multum interest.
 Stultum est timere, quod vitari non potest.
 Stultitia hujus sæculi nobilitas est apud Deum.
 Studium post prandium homini non est bonum.
 Studium studium generat: ignavia ignaviam.
 Studiorum liberalium radices sunt amaræ, fructus autem dulces.
 Suavitate sciendi nihil est homini jucundius.
 Sua audacia quemque deturbat.
 Supplicia vitii sunt, præmia virtutibus.
 Suum quisque ingenium noscat.
 Suae quemque fortunæ poenitet.
 Sublata pace non possunt esse leges, aut judicia.
 Suspicio calumniam parit.
 Sunt qui maleficium reponunt pro beneficio.
 Sub sordido pallio ingenium sæpe latet.
 Superbia vitiorum est regina.
 Superbia in inopia major nonnumquam est, quam in copia.
 Superbi quæ rectè sentiunt, rectè proferre non possunt.
 Superbi precibus contumaces fiunt.
 Stat sua cuique dies, breve, & irreparabile tempus.

T

Tacere noli, ubi non oportet.
 Tandiu dicendum, quandiu vivitur.

Tan-

Tantum scimus, quantum memoria tenemus.
 Tarda solet magnis rebus inesse fides.
 Tandiu mihi fortunatus videor, quandiu invidiosus fuero.
 Tempus amissum difficulter recuperatur.
 Tempus nullum apud Deum est.
 Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.
 Tempora non fortuna, sed Dei providentia labuntur.
 Temporibus medicina valet, data tempore prosunt.
 Temporibus parendum est.
 Tempora si fuerint nubila, solus eris.
 Temperantia est libidinum inimica.
 Tenue prandium optimè coenam condit.
 Tenebræ morum, non oculorum timendæ sunt.
 Tenebræ sunt, ubi Christus non respicit.
 Tibi potius quam alteri sis amicus.
 Timendum non est, quod vitare possumus.
 Timor Divinus est fidei fundamentum.
 Timor sine spe in desperationem præcipitat.
 Tolle moras, semper nocuit differre paratis.
 Tota hominis vita, unus est dies.
 Trahit sua quemque voluptas.
 Tormenta plerumque cruciant, sed non emendant.
 Tristitia multiplex malum.
 Tristitia profert lacrymas, tamquam arbor fructum.
 Tristitia ægritudinum maxima.
 Tristibus Deus læta semper miscet.
 Tunc scimus, cum causas cognoscimus.
 Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.
 Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
 Tuta est conditio subjectorum, ubi vivitur sub æquitate regentis.
 Tuta scelera esse possunt, segura non possunt.
 Turba militaris sine duce, corpus est sine spiritu.
 Turpis est assentatio, blanditiæ, & adulatio.
 Turpe est non intueri, quod sumus.

V

Vacare culpâ est optimum solatium.
 Varium, & mutabile semper foemina.
 Ubi consilium, & voluntas absuit, abest culpa.

It 4

Vel

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.
 Ubi non est honor, ibi contentus.
 Vera laus veræ virtuti debetur.
 Veritas odium parit.
 Veritas impugnata elucet magis.
 Verum decus in virtute positum est.
 Verus amor nullum novit habere modum.
 Verè amat, qui gratis amat.
 Verus amor non patitur moras.
 Vbi quis dolet, ibi animum convertit.
 Veteribus standum est, nisi quæ usus evidenter arguit.
 Veteribus multa licuerunt, quæ nunc non licent.
 Vicina potentibus solet esse superbia.
 Videntur omnia repentina graviora.
 Ultio ultionem vocat, & cædes cædem.
 Vindex malus, & miser.
 Vindicta in corde posita, nocentior vipera est.
 Virum fortem injuriæ probant.
 Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
 Virtus omni arte melior, & certior est.
 Virtutem necessariò gloria sequitur.
 Virtutis iter arduum est.
 Vir bonus est, qui prodest quibus potest, nocet nutem nemine.
 Vir misericors pretiosa res.
 Via vitii nostris in animum per oculos est.
 Vinum corpori commodius.
 Virtus unita fortior.
 Virtus pro vitio crimina sæpe tulit.
 Virtus via non capit magna onera portantes.
 Vita vitæ nomen habet, sed re ipsa labor est.
 Vita in peccatis mors est.
 Vinum memoriæ mors.
 Vino fortuna perit, vino corrumpitur ætas.
 Vive tibi, tecumque habita, nec grandia tenta.
 Vivamus ita, ut rationem reddendam arbitremur.
 Unus dies de omnibus fert sententiam.
 Unusquisque bene judicat quod cognoscit.
 Una salus victis, nullam sperare salutem.
 Unicuique delectabile est, quod amat.

Unguentum in homine molitiem vitæ arguit.
 Vox operis validior est, quàm oris.
 Voluntas non est, ubi est necessitas.
 Voluntas bona, etiam misericordia est.
 Voluntas propria cesset, & infernus non erit.
 Ut quisque audit, ita movetur.
 Voluptas corporis malum, afflictio bonum.
 Uxor divitiarum cupida, duplex malum.
 Ut visus in oculis, ita mens in anima.
 Ut in mare flumina, sic in magnas aulas vitia influunt.
 Usus magister optimus est.
 Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa judicat.
 Utilius parare dicto, quàm afferre consilium.
 Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

FINIS.

 ALGUNOS VERSOS DIFICULTOSOS
 y curiosos, explicados.

- ¹ *Est acer in sylvis, equus acer olympia vincit.*
EN la nota doce del Libro Quinto se pueden ver otros muchos Versos, que son los distingüendos en la cantidad.
- ² *Anser ovem variat, cui potum bacca ministrat.*
 Tómase el *Anser* por la pluma, *Ovem* por el papel, ó pergamino, *Potum*, por la tinta, y *Bacca* por el tintero.
- ³ *Bis pica, bis cornus, ter tandem fune ligatus.*
Quid mirum, si Erasmus eras mus, omnia rodens?
 Un muchacho llamado *Erasmus*, de cuyo nombre se compone *eras mus*, habia tomado el Hábito dos veces en los Dominicos, *pica*: dos en los Victorios, *cornus* (por el Hábito, que estas Religiones tienen) y tres veces en los Franciscos, *Ligatus fune*, y fué como raton, que todo lo roía.
- ⁴ *Bis semelque minus noluit concedere Jovi.*
 Dos veces, y una vez, quiere decir *ter*, y con *minus*, dice *Terminus*, el Dios Término, el qual no quiso rendirse á Júpiter.
- ⁵ *Bis tria sunt septem, septem sunt bis tria semper.*
Si benè quod numeras, omnia quinque tenet.
Bis tria tienen siete letras, *septem seis*, y *omnia* tiene cinco

letras, que es lo que dice el Dístico.

6 *Cornua sunt mihi, si caper aufers dente nocebo.*

Si á la dición *Caper* se le quitare la *C*, que es la cabeza, queda *aper* el Javalí, y es *Caper* la dición que se entiende.

7 *Currere cum possim, nequeo pede flectere gressum.*

Entiendese el agua, que corre sin tener pies.

8 *Dimidium sphaerae, sphaeram, cum principe Romae.*

Postulat a nobis totius conditor orbis.

Media esfera es la *C*, una esfera la *O*, y con la primera letra de *Roma* se compone *Cor*.

9 *Cum moritor genitrix, orior, matremque regigno.*

Ecce pater matris, natus & esse queo.

El agua se cuaja en nieve, ó yelo, y derritiéndose, se vuelve en agua.

10 *Cum caput est, currit, volitat cum ventre per auras.*

Adde pedes, & edes, & sine ventre bibes.

Se entiende el Dístico de la dición *Muscatum*, cuya primera syllaba por translacion se llama cabeza (*mus*), la de en medio vientre, y ambas dicen *Musca*: los pies son la última syllaba, y todo dice *Muscatum*, una conserva que se hace en la mancha, en particular con mosto (medio arrope), harina de trigo, nueces, almendras, piñones, y especia fina; y sin vientre, quitada la syllaba de en medio, queda *Mustum*, el vino. A la dicha conserva llaman *Mostillo*.

11 *In cratere meo est Tethis conjuncta Lyæo;*

Est Dea juncta Deo, sed Dea major eo.

Preguntáronle á uno si bebia el vino puro: respondió, que aguada; y mas agua, que no vino. Tómase *Tethys* por el agua, y *Lyæus* por el vino.

12 *In sylvis orior, depellor in æquora flatu:*

N mihi deme, meo sulcabitur aura volatu.

Este nombre *Navis*, la nave, se entiende en este Enigma, y quitándole la *N*, queda *avis*, que significa el ave.

13 *Flos fueram factus, florem fortuna sefelit:*

Florentem florem florida Flora flect.

Se dixo esta *Paremia*, que corre con arte, de un mancebo, á quien llevaban á morir, en pena de haber hecho fuerza á una doncella que se llamaba *Flora*.

14 *Mali incisa libro cum malo vulnera crescut.*

Las

Las cortaduras, que se hacen en los árboles tiernos, van creciendo con el mismo árbol. Lo que sucede en las malas costumbres de los niños, que van creciendo al paso que ellos crecen.

15 *Mel tripodem deme, addeque vir, notamque priorem:*

Hæc est, hæc, quæ me cogit amore mori.

Quitando á la dición *Mel*, la *M*, queda *el*, y añadiendo *Vir*, y la primera letra del *A. B. C.* que es la *A*, dice *Eivira*, la que causaba el amor.

16 *Mitto tibi navem proa, puppique carentem.*

Quitando la proa, y popa, que es la *N*, y la *M*, á la dición *navem*, dice *ave*. Dios te guarde.

17 *Mitto tibi primas animosi, matris olympi,*

Et finem capiunt, interiusque Dei.

Las primeras letras de *Animosi, matris olympi*, la última de *Capiunt*, y la de en medio de *Dei*, dicen: *Amo te*.

18 *Mitto tibi frontem Veneris, ventremque Dianæ,*

Anteriora lupi, posteriora cane.

La primera letra de *Veneris*, la de en medio de *Dianæ*, la primera de *lupi*, y la última de *cane*, dicen *Vale*: Dios te guarde.

19 *Mitto tibi metulas, cancrum imitare legendo.*

Metulas, leído al revés, dice: *salutem*.

20 *Mors mortis morti mortem, Mors morte dedisti.*

Es Christo nuestro Señor, que dió muerte al pecado con su muerte.

21 *Mula petit timidè: minimè dimittite palum.*

Leído al revés este verso, dice lo mismo.

22 *Navis non volat: sublato capite, volat:*

Cum capite, & capite amisso fert ocyor alas:

Idque habet in cauda, quod ovis quoque cauda reponit.

Si al nombre *Navis* se le quita la cabeza, que es la *N*, queda, *avis*, y *volat* con cabeza; y sin ella, que es con *N*, lleva alas (las velas, y las alas se entiende, las velas el *navis*, y el *avis* las alas): *Idque*, y esto, que es *navis*, y *avis*, tiene en el fin de la dición lo que tiene *ovis*, la oveja, que es la *S*.

23 *Nascitur in sylvis, quod scribitur octo figuris:*

Cui si tres demas, unum de mille videbis.

Si al nombre *Castanea*, que tiene ocho letras, se le quitan las tres últimas, queda *Casta*, nombre adjetivo: en *unum* se entiende *mulierem*, que *casta* sit, que sea continente, ó que guarde castidad.

La-

24 *Labrum dulce dabo, nec flagrum continuabo.*

Este verso, que explica el amor del Superior para con los buenos, el mismo verso (que leído al revés por las dicciones, de Exámetro se hace Pentámetro) explica el castigo, de que debe usar para los que son malos, y no cumplen con su obligacion, ni estado: *Continuabo flagrum, nec dabo dulce labrum.* Lo que tambien debe hacer el Maestro de Gramática con los que no cumplen con ella.

25 *Nostra fide fide, fidē canta, & prēmia habebis.*

Ya diximos en el núm. 1. se vea la Nota doce del Libro Quinto, para semejantes dicciones.

26 *Non sum cincta comis, & non sum compta capillis.*

Intus enim crines mihi sunt, quos non videt ullus.

Se entiende ser la pelota, que por defuera no tiene pelos, ni borra, y la tiene por de dentro, sin que se vea.

27 *Sus nos audito, lynx visu, simia gustu.*

Vultur odoratu, præcellit aranea tactu.

En estos versos se contienen los animales, que nos hacen ventaja en los sentidos corporales.

28 *Omnes mortales verberat hasta nisi.*

No hay hombre que no tenga su falta, que se explica con un pero, ó un si no, que es el *nisi*.

29 *Populea virga pacem Regina petebat.*

Este verso sirve solamente para de treinta libertar los quince, poniéndolos todos segun están las vocales en las dicciones: por la *A* uno, por la *E* dos, por la *I* tres, por la *O* quatro, y por la *V* cinco. Comenzando á poner los que se han de libertar: v. g. Para las quatro vocales de *Populea*, para la *O* quatro, para la *V* cinco, para la *E* dos, y para la *A* uno; y así en las demas dicciones del verso, para cada uno su vocal.

30 *Porcus per taurum sequitur vestigia ferri.*

Tómase *porcus* por la cerda, *taurus* por la suela, *ferri*, la alessa, y *vestigia* por los agujeros que hace el Zapatero con ella quando cose.

31 *Quæ te causa movet, tantas errare per urbes?*

Dimidium Pauli, totum per, & ultima quantas.

Preguntándole á un Estudiante la causa de andar por tantas Ciudades, respondió: la causa es, la mitad de *Pauli*, juntándole *per*, y la última syllaba de *quantas*, que quiere decir, *paupertas*.

Sa-

32 *Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.*

Leidas las dicciones al revés, componen un verso Pentámetro: *Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum*, que es lo que hacen muchos, dando al diezmo, y á Dios los peores frutos, debiendo darlos, como dice el *Sacrum pingue dabo, &c.* ó á lo menos no lo peor.

33 *Si duo de nostris tollas pronomina rebus,*

Prælia cessarent, pax sine lite foret.

Los dos pronombres, *Meus*, *Tuus*, son el origen de los pleytos, guerras, y quimeras.

34 *Terret, lustrat, agit Proserpina, Luna, Diana.*

Ima, superna, feras sceptro, fulgore, sagitta.

Proserpina en el infierno, *Luna* en el Cielo, y *Diana* en los bosques: *Proserpina terret ima sceptro*, y así lo demas.

35 *Verbex cum puero, puer alter, sponsa maritus:*

Cultello, limpha, fune, dolore cadunt.

Verbex cum puero cadunt cultello, puer alter cadit limpha, sponsa cadit fune, maritus dolore. Fué el caso, que estando dos muchachos jugando con un carnero, estando sus padres fuera de casa, el un hermano mató el carnero, metiéndole un cuchillo, sin saber lo que se hacia, y el otro, viendo el carnero muerto, mató á el hermano con el mismo cuchillo; y viéndolos muertos, temiendo el castigo, se echó en el pozo, y se ahogó: vino la madre viendo la tragedia de su casa, se ahorcó: vino el padre, y de dolor se cayó muerto.

36 *Ventrix inexhausti purissima viscera cernis.*

Alvo ima captus redditur ore cibus.

Se entiende ser el pozo, pues el agua se vé en él, y despues con el caldero se saca.

37 *Virgo, puella, parens, Regem titanida, Christum:*

Placet, vincit, alit corde, decore sinu.

Es el orden de la construccion: *Virgo placet Regem corde*, y así los demas.

38 *Vita, crucem, vivas, hominum, si nosse peroptas.*

Quid, quid, cur, cuius passus amore fuit.

Es el orden de la construccion: *Si peroptas nosse quis passus fuit? Vita*, Christo. *Quid pas sus fuit? Crucem*: muerte de Cruz: *Cur vivas?* id est, ut vivas: *Cuius amore? hominum*, id est, amore.

39 *Ut quadrupes, ut avisque volat, discurrit, & inter*

Quadrupes non est, nec numerandus aves.

Lac-